

ordinem, sicut Conuersi dicti loci faciunt, poterunt tibi ibidem loqui de necessa-
ritate quantum necesse est.

7. Rumores et noua que extra Monachum audierunt, aut uiderant, non presumant alius
referre, quia maxima destructio est.
8. Curis et affectionibus secularibus ac uisitationibus propinquorum et amicorum suorum secularium, Tribus
Conuersis penitus interdicitur, et fas illis non erit mercenarius illos condicere, sine
littera Præsidentis uel Cellerarii.

Qui extra Clausuram fuerint, ita se componant Conuersi, ut liceat licet eos coram
hinc inde gratia uidentes eorum modestam glorificent Deum, et edificentur.

De laboribus et operibus Conuersorum. Cap. IX.

Indifferentes erunt semper singuli Conuersi, ad imperata sua prompto animo fa-
cienda, sine ea iniuncta fuerint à Præsidente sine à Magistro. In officij tamen
et exercitibus abiectionis et humilitatis promptius ea facient à quibus magis abhorrent.
Quos ides sibi iniuncta sciunt, ut in eis se exerceant, et plurimum spirituali
profecui prodesse existimant, se ea munera deuote obeant, in quibus magis
exerceatur humilitas et castitas.

Conuersi in festis transpositis laborabunt nisi in eis secularibus ab operibus absterent.
Nihil singulare operentur sine littera Superiorum. Licet enim multa sunt et diuersa
que obseruari sunt, uno tibi et solo obedire bono, cuncta sibi fructuosa futura sperent.

De pena Inobedientia et grauiori eius.

pena Conuersorum. Caput X.

1. Conuersus qui cuiuslibet ex Præsidentibus sine Magistro sibi deputatus, inobediens
fuerit, in Caplo accipiat disciplinam, et tribus diebus humi resident, coram Conuictis
Monachorum, et comedat sine mappa.
2. Quicunque Conuersorum laborem sibi iniunctum adimplere noluerit, acriter ei accedat
correctio, ut nimirum usque ad congruam emendationem, pane uescatur grossiori, et
præcipuis ferculis careat, et disciplina regulari singulis septimanis semel capulet.
3. Si Magister uel Cellerarius aliquem Conuersum reprehenderit, statim Conuersus penam
accipiat, et si culpa exigua, è uestigiis cereuisia et ferculo aliquo, eum priuet.
Inobedientes uero, aut peruersè obediētes, grauiori pena dignos Præsidenti
denuntiet, qui eos puniat iuxta grauitatem culpæ, ueniens disciplina regulari uel carcere.